



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 4. In baptismo cælorum efficimur candidati: quod Abbas Moyes docuit poni nostrarum fundamentum actionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

I.
Similitu-
do.

quæ oculis suis patent; videt spinas, tribulos, ericeta, terram, quæ illi non nisi fimerum videntur: quocirca illa transiit vilipendens. Attamen luce solis illi irradiante, sub terra septem detegit feries, in profundis gurgitibus aquarum clare videt fluentem, & auri primi diuites fodinis ac thesauros absconditos, dicens: hic fistite, hic quiescite, hic terram eruite, fomite, sub hac etenim terra arida, aquas videt limpidiſſimas, & sub illis limpidiſſimis lapidibus thesauros pretiosos. Hanc nobis optat lucem, hos oculos D. Paul. perſpicaces, Lynceos, qui profunda penetrant, nec in spinarum, tribulorum, ericetorum hæreat superficie, laborum, pænarum, aduerſitatum, sed quæ sub eis latent abscondita diligentius explorent. *Domini nostri Iesu Christi Deus Pater gloria, det vobis spiritum sapientia, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri.* Eleganter ac subtiliter Apostolus, vt dicat, quod Deum rogaret, vt oculos cordis eorum illuminaret ad bonorum cælestium ac gloriæ agnitionem, illum vocat, *Deus, Pater gloriæ* quo declarat, ad cælestis, supernique boni cognitionem, nec lucem sufficere naturalem, nec creati intellectus acumen, etiam Angelici, sed quod lux requiratur superna, cælestis, supernaturalis, & splendor quidem eiusdem gloriæ: sicut ad lucem solis intuemus, nec faces, nec ignes nec candelæ, nec totius orbis sufficiunt luminaria, sed radius quidam qui de eodem procedat sole est necessarius.

Proinde idem probat Apostolus, exponens *fi-
Hebr. c. 11. dei necessitatem, dum ait: Est fides substantia ro-
rum sperandarum, argumentum non apparentium.*
Hæc necessaria est, non talis, qualis, sed viuua, illuminata, ardens charitate. Illuminet pater gloria oculos cordis vestri, luce sua superna rurali, qua finem vestrum exploretis, ac quæ sint illa bona cognoscatis, ad quæ vos Deus vocauit: *Vt sciatis quæ sit spes vocationis vestre:*

Hoc nomine frequentius appellat Apostolus Christianos: *Vocatos.* Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem, stultitiam: ipsi autem vocatis Iudæis atque Græcis, *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Christi mysterium crucifixi Iudæis lapis est offensionis, Gentibus stultitiæ obiectum paradigma, *Ipsi autem vocatis &c.* Qui sunt hi vocati? Christiani: Vocationem primum signat effectum Apostolus prædestinationis. *Quos prædestinauit, hos & vocauit.* Ad vineæ culturam illos vocauit, squibus stipendium præ-

destinatur, Ad inopias vocauit, quos eis velci præparabat: *Vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam.* Hoc oro Deum & patrem gloria, (inquit Apostolus) vt suam vobis infundat lucem, vestros illuminet oculos, vt ea cognoscatis bona, ad quæ vos vocando prædestinavit. O quam fructuose tempus impensum, quam foret o Christiane utilis occupatio, si aliquoties imo sæpius oculos erigeres intellectus, fidei luce reboratus, attenderes diligentius, in quem me finem Deus vocauit, ad Ecclesiam? Ad quid baptizatus Christianus? quale mihi præmium offertur? quis via terminus quam ingrediatur? quæ spes vocationis meæ? quæ mihi Deus bona pollicetur? quæ mihi ob oculos gaudia proponuntur? *Quæ sit spes vocationis vestre, & quæ diuitia eius in sanctis?* Quanta gloria, charissime, ad quam te vocauit? quanta diuitia, honor quantus? num forte ad hoc te vocauit, vt auri, & argenti censibus, cumulisque ditet Indiarum? Num ut arcas offerat, gemmis gaudia preciosissimis? Num vt comitatu, ciuitatum Domino & titulis exaltet dignitatum? Num forte vt capiti coronas imponat regales, vel ter angustas? Num forte solem, lunam, & splendidissima mundi donabit luminaria? Hæc omnia nihil sunt, sordes sunt, puluis sunt: ad quæ vero te vocauit, diuitia sunt eius, eius gloria, totum eius regnum. Si diuitia conueniant possessori, si regnum conforme regi, si dominium Domino, quales erunt Dei diuitia? quale Dei regnum? quale Dei dominium? ad hoc te vocauit, vt dominum te faciat totius domus suæ, vt te regnorum suorum omnium creet regem, vt omnium te scribat diuitiarum ex ælle possessorem.

§. 4. In baptismo calorum efficitur candidati: quod Abbas Moyses docuit poni nostrarum fundamentum actionum.

Vt lateque diximus alibi de ceremoniis, quibus Sancta mater Ecclesia a Spiritu Sancto edocta vitur in administrando S. Bap-
tismi Sacramento, quodque purum baptizatum alba induit veste sacroque perungit oleo. Prima ceremonia vestis alba sumpta dicitur.

Li. de coro- dicitur teste Tertullian. ex Romanis Gentili-
na militu- bus, inter quos qui ad dignitatem aspirabat,
veste candida induebatur, dicebaturque Candi-
datus. quæ vestis eum iugiter admonerat eius
vitæ quam ducere tenebatur, morumque inte-
gritatis quæ cæteris præfulgeret, vt ait Cicero,

Ad frat- & eo ipso, quo quis dignitatem ambiebat, hac
que veste candida indutus videbatur, seipsum
adstringebat ne vile quid, aut abiectum age-
ret, aut minus ei conueniens, quod agere tene-
batur, ille qui tantam ambit dignitatem.

I.
Quid ve-
stis alba,
& vnctio
in bap-
tizis.

1. Reg. 9.
1. Reg. 10.
3. Reg. 1.
4. Reg. 9.
4. Reg. 11.

Secunda nimirum vnctionis, à populo Dei mu-
tuata dicitur, apud quæ qui in culmine poneba-
tur regio Sacramenta suscipiebat vnctionis,
quæ ceremonia primum ius dabat acritulum
ad regnum, vt patet in primâ illa vnctione, qua
Samuel Saulem vixit in regem & ducem po-
puli, deinde quæ sacrauit Dauidem. Iterum dum
Nathan Salomonem vngit: & alius Prophe-
ta Iesu. Denique qua Ioiaas sacerdos Ioas sexen-
tem liniebat.

Hoc autem ad prodigium accidebat, quod
cum sapè is, qui ad thronum regum vngeba-
tur, homo esset abiectus litteris moribusque
non satis intiatu; ipsa suscepta vnctione, in
virum alterum mutaretur, tam cogitaret subli-
mia, loqueretur digna rege, cunctaque milita-
ria munera accuratissime obiret: vt exemplo
probatur in Saule, qui cum mulionem ageret,
eo cuncta eius studia ac cogitationes dirige-
bantur, quibus asinas ac patris iumenta mode-
raret: vnctus autem in Regem: *Immutauit
ei Deus cor aliud. Vt reiectis prioribus studiis
vtique vilioribus, & mateltate regia minus di-
gnis iam nihil antiquius haberet, quam ea age-
re, quæ ad Reipublice commodum faciunt, ex-
ercitus conferbere, ciuitates oppugnare, regna
subiicere, curias erigere, nihil non regum me-
ditari. Hinc illa Isaia inuitur propositio:*
1. Sai. 32. 8. Princeps, ea qua digna sunt principe, cogitabit.
Hoc tecum agitur ô Christiane. O si lynceis
spectares oculis, ad quid te Deus vocauit in ba-
ptismatis Sacramento: qua sit spes vocantis ve-
stre: vocauit te, ad minus nihil, quam vt reg-
norum sis rex cælestium, diuinorum, æterno-
rum, quorum comparatione cuncta mundi re-
gna etiam opulentissima puluis sunt, seoria
sunt, vanitas sunt, umbra sunt. Ad hoc candi-
da indueris veste, illorum regno. um Candida-
tus; vt hæc diu nocturne animum tuum pul-
set, ac memineis, quod talis tibi vita sit inli-
tuenda, quæ vitum decet, qui præclara med-
tatur, altiora petit, primas venatur cathedras,
Hieron. Bapt. de la Nuza. Tom. 1.

sedesque dignitatum. Quem non risum Ro-
mæ vir ille conceitaret, (vt fratri suo Quinto
scribit Cicero Princeps eloquentia, consularis
Romani candidato exponens, quæ sibi sit dein-
ceps viuendum cautione) qui candidam vestem
assumeret, qua se supremi magistratus, sum-
mo: unque graduum vrbis illius Imperialis si-
gnaret candidatum, si omne eius studium non
in aliud tenderet, quam vt stipulas per vrbis
plateas colligeret, illarum se luto oneraret, sta-
bulorum puluerem euerteret, ashelus atomos
in solis radiis apparentes exciperet volitantes?
Te S. Chriftianis vngunt oleo in corpore in si-
gnam vnctionis, qua Spiritus sanctus animam
tuam oleo suæ diuinæ gratiæ perungit, vt ait
Apostolus: in tanti muneris pignus, nimirum
Diuinæ naturæ participationis, (teste D. Petro) *2. Petr. c. 1.*
per quam verè filius Dei constitueris, & diuinæ
substantiæ gaudes participatione, qua te suorum
ex asse regnorum assumit heredem. *Si filij Rom. c. 8.*
& heredes, &c. Vtinam hæc attenderes, vi-
nam qualis sit gloria considerares, quale reg-
num, quæ magnitudo, quæ dignitas, & tales
tux forent cogitationes, quales eius sunt, qui
regni talis ambit dignitatem; qui factus est
Candidatus, Princeps, heres talium diuitia-
rum. Quod si Principem Dominum nostrum,
Patremorum heredem regnorum cerneres in-
tentum, sollicitum, anxium quærendis auri-
chaleo, sigularum, cupidibus, acubus, & spi-
cilloum fragminibus, lignorum legminibus,
per terram volutaretur, fimetis se conspira-
ret, quid diceres? O Princeps serenissimè,
perpende cuius sis filius, qua te Deus præ cæ-
teris præuenit benedictione, vt Patris tui regno-
rum heres nascereris, regnorum inquam quibus
nulla dit ora, nulla latiora, ulla præclatiora.
Hanc miseram nostram sortem lamentabatur
Dauid, dum ait: *Filij hominum vsquequò graui
corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis
mendacium? scitote quia misificauit Dominus san-
ctum suum, verba hæc, Filij hominum legunt
alij ex Hebræo: Filij viri in lyti, capiunt verò
quidam hoc, quasi illis in memoriam reduceret,
quod filij essent viri illius inelyti Abrahæ: Tali
parente geniti, viri, quos Deus spe tali ditauit,
quasi filios Abrahæ benedixit, vlti quo studia,
curasque veltras impenditis futiibus, negis,
crepundiis risu dignissimis? Scitote ad quan-
tam Deus iustum euehat eminentiam; Scitote,
quia misificauit Dominus sanctum suum; quid
sit quod tibi condixerit, ad quid vocauerit?
quid pretendas? quis tuus sit finis. Hinc collige,*

quod talis tua debeat esse sollicitudo, exercitia
talia, conformes actiones. Propterea oro, *ut*
Ephes. c. 1. Deus Domini nostri Iesu Patris gloria det, &c. illumi-
16. minatos oculos cordis vestri, & ut sciatis que sit spes
vocationis eius.

10. Memoratu dignam veneror doctrinam, qua
Lab. 1. Col. 1. S. Abbas Moyses suos instruxit & ut tale pro-
lat. in. ponit Cassi. n. Collationum suarum exordium:
pricipi. erant etenim hae Collationes, colloquia quaer-
dam amica, seu discursus familiares, quibus pri-
sci Monachi se mutuo ad virtutum exercitium,
& perseverantem in Dei obsequio famulatum
cohortabantur. Abundabant Schyzae & litudi-
nes sanctissimis illis religiosis, qui eo confuge-
rant, mundi fugientes vanitatem: quoniam ali-
qui solitari vivebant, nullis terrenis comiti-
bus, sed ecclesiis stipati, in caelo quippe
corde & anima morabantur, terram fastidien-
tes; quidam autem in Monasteriis vitam age-
bant socialem, ita piis operibus, ac virtutum
exercitiis dediti, ut eorum unumquodque Mo-
nasterium caelestium apium esset studiosissi-
mum alvearium, quae Sacrae Scripturae & pio-
rum operum floribus oberrantes ac insidentes
admirandos, dulcissimosque quarumlibet virtu-
tem fauos conficiebant. Inter ceteros caput
efferebat Abbas Moyses, vir non inferior mo-
ribus quam litteris, qui licet paucis loqueretur,
singula tamen eius verba emphasim eructabat
singularem. Eius videndi cupidus Abbas Cas-
sianus, comite alio Abbate Germano viro pro-
bitate celebri ad eius cellam tendit: quocum
peruenissent, humiliter insisterunt, ut aliquod
eis edificationis verbum proponeret. Tacebat
Abbas Moyses: & quo strictius servabat silen-
tium, eo hospites advenae spiritu ardentiori
pedibus eius proculuti postulabant, ut eis ad
vitae spiritualis incrementum quandam praele-
geret lectionem, idque sacris obortis lachrymis,
ut eorum repellere non potuerit petitionem, tum
ille, nolens, inquit filij carissimi; quod quot
quot in mundo vivunt, ad aliquid aspirent, &
quaeque suas ita disponit, dirigatque actiones,
ut suam promoveat intentionem, & quod praer-
tendit facilius assequatur. Is qui litibus intrica-
tur, haec eius est intentio, ut lenientiam in sui
favorem eliciat, nullum propterea non movet
lapidem, quem movit intentioni suae esse neces-
sarium, consulit leges spiritos, scripta revolvit,
curias percurrit, sollicitat procuratores. Mens
ea est agricolae, ut frugiferam & abundantem
colligat messem, eoque cuncta redunt illius studia,
quatenus eam assequatur, arat, terram, rigat, se-

minat liberali manu, nulla timet hyemis frigo-
ra, nullis ab gurgitibus, nullo terretur toni-
tru, nullis caloribus otio nullo oblitescit. Mer-
cator, cuius unicus scopus est lucrum, ut illud
assequatur, res omnes officiosissime curat, quas
novit scopo convenire, mundinas frequentat,
suas habet correspondencias, iam media visitat,
mercaum inquit, pretium ac mercium in qual-
libet civitate copiam inuestigat. Nos autem
Christiani, praesertim vero religiosi nostram et-
iam habemus intentionem: extra namque du-
bium est, nos lege professionis non adstringi,
nisi praehabita intentione. Respondete mihi,
quis est scopus vester, quis omnium finis actio-
num? *Respondete mihi quis sit destinatio vestra, vel*
finis? Respondent, Nemo vertit hoc in quaestio-
nem destinatio nostra, finis noster est regnum
caelorum. Optima responsio, inquit Abbas Moy-
ses. Hanc igitur vobis praeribero lectionem, ut
vivatis ea ratione qua illi, qui talia praetendunt:
hunc vobis scopum quotidie ob mentis oculos
ponite, quem si veraciter ac sincere cognoscatis,
ac inter datis, hic quid vobis sit agendum aper-
te demonstrabit, qualesque vestras esse conveniat
actiones. Ambire regnum caelorum, & terrenis
affici ad regnum velle teredere caelorum, & viam
ingredi perditionis, sibi non correspondent, non
conveniunt. Ducis, quales militum perpende
actiones, cui scopus est regnum aliquod, obvine-
re: nec somno parcat, nec labore fatigatur, nec
periculo terretur, his per diem occupatur, de
hoc noctibus seminat; dum tacet, hanc secum
fouet voluntatem, si ad petiturum regni possessio-
nem neutiquam dormiatur, tot bella intruan-
tur, in tot pericula incuriatur, tot edatur strata-
gemata: quae non accurata opera vobis vten-
dum; ut regni illius tandem sitis possessores,
quod nobis tot praerclarissimis epithetis S. pagi-
na proponit eminentissimum. Haec consideratio
Christiano proponitur, ut primum fundamen-
tum: *Accedentem ad Deum oportet credere: quia*
est, & inquirere se remunerator sit. Pari pal-
6. su procedunt, Deum esse, & quod nos in hoc
mundo creaverit, ut ei serviamus ut hoc modo
nos remuneret.

Hoc medio Deus usus est, dum Abrahamo
mandat, de terra sua, quam incolabat, egre-
deretur. Hoc opus, hic labor est; ducit illum
in terram Chanaan plena difficultatibus. Quo
momento illam ingreditur, ei apparet, ac pro-
mittit. *Semini tuo dabo terram hanc. Terra erat*
frugum feracissima. Ne crederetis, quod te educe-
12. rim ut incognitum & obscurum lateas, pereratq, tui
nom. 11

I I.
Simili-
tudo.

Hob. c. 11.
6.

Gen.
12. 7.

nomini memoria. Abfit. Tribulationes per-
 tulisti graves sunt & alia tibi sustinenda, ve-
 rum amen scito quod, *seminis tuo dabo terram*
 hanc. Exemplo, *adificavit tibi altare Domino.*
 Primum in ea regione erectum altare: censent
 autem quidam apud Cornelium, quod omnes fa-
 miliares suos convocavit, notos ac peregrinos,
 quibus Dei predicavit magna, sibi que præ-
 stitum beneficium - vitinam hoc in te videamus,
 ve beneficiorum Dei memoriam servares inde-
 lebilem, dum tibi proponit ac sponder terram
 illam cælestis gloriæ electis suis servisque præ-
 paratam. Hoc altare edificavit Abraham in
 limitaneis agris terræ Chanaan, Primum; ait
 D. Chryl. in gratiarum actionem. Secundum:
 in perpetuam promissi memoriam, eiusque
 quod Deus illi condiderat, quo vehementius
 cum excitaret, eoque suas dirigeret actiones,
 quo posteri sui terram hanc possiderent, regni
 cælestis hieroglyphicum, quod nobis propria
 diligentia promittitur acquirendum. D. Petr. hoc
 vocat: *Hereditatem incorruptibilem, & incommu-
 natam & immutabilem, conservatam in cælis.* D.
 Paulus. *Regnum immobile.* Christus: *gaudium Do-
 mini.* Non te fatigat, o Christiane, noctes du-
 cere in somnes, ut tua fruiis voluptate; labori-
 bus impensisque non parcis, quando divitem
 speras obtinere hereditatē, & te cruciat vel mi-
 nimus labor, Dei regni in intendentem? Non
 lucidis hoc oculis contemplaris. *Oro Deum glo-
 ria, &c. illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis,*
 I qua sit spes vocationis eius, &c.
 (a) Perfectissime hoc exortus est D. Paulus mul-
 ta referens de quibus merito posse gloriarī de
 iis que sub cælo sunt, aut naturæ dotibus, de
 doctrina, de optima fide, de honore quo cole-
 batur. (a) Porro omnia abbreviatus sum, ut *stercora:*
 in comparatione eius quod ambio, sequor autem
 si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus
 sum a Christo. Cuncta ad tergum reicio, & totis
 procuro viribus, ut nihil sit quod me remore-
 tur. Et quid hoc est? In quo & comprehensus
 sum a Christo D. Thom. tres dat expositiones;
 Harum vnam indicat D. Chrylost. A postolum
 meminisse eius, quod sibi in conversione sua
 obtigerat, dum spirans cædis ac minarum, ne-
 dum a Christo fugeret, sed & ipsum insequere-
 tur: descendit Christus de cælo, eique manus
 iniecit violentas. *Comprehensus sum a Christo.*
 quam sincere? quam serio? quantis viribus? quod
 eum deiecerit, quod mutaverit, quod Apосто-
 lum creaverit. At quomodo? se ipsum Paulo
 demonstrans. *Quis es Domine? Ego sum Iesus*

quem tu persequeris. Attende qua ratione illud
 exaggeret & explanet, comprehendam & com-
 prehensus sum, tuæ conversionis historia. In quo
 & comprehensus sum, ait D. Thom. In illa glo-
 ria, qua mihi apparuit, quando conversus sum.
 Tunc quando, *Raptus est in tertium cælum.* Non
 minus quam ad tertium rapiebatur cælum, il-
 lamque ibidem intuebatur gloriam. Id quod vi-
 di, scopus meus est ac finis, quem præ tendo. *Se-
 quor si quomodo comprehendam.* ad illum curro,
 sicut qui fugit, ut comprehendam; quo signet
 affectum, ac diligentiam, qua finis ille præ tendē-
 dus. *Vnum autem, qua retro sunt oblitiscens, ad ea
 vero que sunt priora extendens me ipsum, & ad desti-
 natum persequor.* ad bravium superne vocationis
 Dei in Christo Iesu. Triplici sentu explicat,
 quoque D. Thom. hanc locum, Primum sensus
 est: q. d. *Persequor vnum.* Omnium oblitus, ab
 omnibus oculos avertens, illos tantummodo
 desigo in præmium, quod vnicum est, ad quod
 curro, *Vnum autem hoc semper intueor.* Vide
 qua ratione curiat. *Persequor, extendens me ipsum.*
 Significat (interpretet) D. Chrylost. affectum quo
 currit. *Hic enim extendere se dicitur, qui pedes, li-
 cet currentes reliquo corpore antevertere studet se-*
 que inclinari in anteriora, manusque protendit, ut
 aliquando etiam plus spatii faciat. Sic currendum
 viro Christiano: ait D. Chrylostom. verumta-
 men quantum inter D. Paulum, & nos discri-
 men! *Quantum inter eum, qui hoc modo currit
 & inter eum, qui iacet supinus inter se, tantum
 inter Paulum & nos.* O pudor, o dolor! Cur-
 rit D. Paulus, quia præmium intueatur. O quale
 præmium! *Bravium superne vocationis:* nos
 creavit, vocavit, tantus præparavit rex bravium
 tale, quo ut perfrueretur misit filium suum, de-
 dit vitam, profudit sanguinem, in Christo Iesu.
 Num forte palma ramus: vae nobis, ait D.
 Chrylost. qui illud de longe intuemur, proinde
 paruum iudicamus. *Longinquitas facit, ut bra-
 vium appareat exiguum quoniam illud est? Non
 ramus palma, sed regnum cælorum, regni sempiter-
 na clara cum Christo hereditas, fraternitas, innume-
 rabilia bona, qua verbi exponi non possunt. Palma
 illius pulchritudinem, explicari non potest: solus ille no-
 vit, qui obtinet. Atque præ illa, lusum est, lapides
 pretiosi præ illa pulchritudine, Interes sunt. Vidit
 hæc D. Paulus. Illo dirigendi sunt oculi. *Vnum
 autem, ut vero hoc videamus, nobisque Chri-
 stus explicet, subit in montem, ternos secum du-
 cens Apostolos Petrum, Iacobum & Ioannem.**

D. Ch.
 Ho. 11.
 in Epist
 ad Phi.
 Tom. 4.
 III.
 Quid
 sit seip
 sum
 exten-
 dece
 D. Chr

